



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

13. Dom. II. Quadr. de Cananææ filio. Matt. 15.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

DOMINIC. TOTIVS ANNI. 29

ne tentari (vt discas, licet sanctus sis, te nõ fore à tentatione liberum) sed etiam permiserit se à dæmone assumi, primò in pinaculum templi, tum in montem excelsum, quod non videtur contingere nisi sceleris hominibus, vt magis, sagis, &c. Deinde quod passus sit se tentari turpissima tentatione, vt scilicet adoraret dæmonem.

(Angeli accesserunt, & ministrabant ei.) 3.

Considera Christum post tentationem fame debilitatũ iacere in terra nuda, & vultu pallidum, accedere mox plurimos angelos, & ex compassione eum è terra leuare, congratulari ei de victo dæmone, parare magno studio mensam, vt comedat & cogita te videre Christum super saxo aliquo edentem circumstantibus angelis; tibiq; ministerium angelorum affuturum, si libenter ieiunio, & aliis pœnis corpus castigaris, & tentationes mundi, carnis, dæmonisq; viceris.

DOMIN. II. QVADRAGES.

Remi-  
niscere

De Cananæa filia. Matt. 15.

CANANÆA Tyro & Sidone egressa petit  
filiam à dæmone sanari. Sed Christus ei. &  
nihil



nihil respondit. Apostoli dicunt (Dimitte eam, quia clamat post nos.) Considera, te si remissionem peccatorum, & gratiam Dei obtinere velis, debere. 1. societatem malorum, & occasiones peccandi deserere. 2. peccatum non excusare sed exaggerare cum Cananæa, dicente, filiam pessimè à dæmone vexari 3. perstare, licet statim non exaudire. 4. serîo Sanctorum preces implorare. 2. considera, licet Christus simularit se non audire illam, non id fecisse quod eam sperneret, sed vt ex constantia precandi clarius eius eluceret fides, humilitas, patiëntia, perseuerantia ad aliorum exemplum, & maius eius meritum.

2. Cum adorato Christo illa petiisset se iuari, & Christus respondisset, panem filiorum non dandum canibus, illa subdidit. (catelli edunt de micis dominorum.) Considera, quomodo mulier hæc à Christo, & Apostolis repulsa, nō pudore suffusa, nec metu cōsternata sit, sed cōfidens Christi bonitati, ad eius pedes se abiiciat, dicens: *Domine adiuua me*, non dicit iuua filiam, quia se agnoscebat culpa sua morbi causam. 2. vide, quomodo Christus, quo illa magis multiplicat preces, multiplicet repulsam, & quasi iratus vocet eam & indignā. Vide & humilitatē mulie-



DOMIN. TOTIVS ANNI. 31

ris, quod non indignatur, sed agnoscit se canē; & indignā pane integro. Et sapientiā mirā, q̄ hoc iptum nomen in suū cōmodū trahat, se nō panē, sed micas tātū petere, vt catelli solēt. vnde Christus stupens subiicit.

*O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Matth. 11.  
O quam vere dixisti bone Iesu. *Regnum caelorum vim patitur.* Nam mulier hęc & vim intulit sibi, humiliter & patienter ferendo tam durā repulsam: & tibi, quod vi quasi illata importunē gratiā petitiā extorsit; Et scio hoc licere imitari, quia Luc. 11. docuisti, importunē etiā instandū orationi; cupis enim precibus etiam cogi à nobis pro tua infinita bonitate, vt eo maiore impertias gratiam. nam cū illa cōtenta fuerit micis. tu tamē respōdes. *Fiat tibi sicut vis*, id est, quicquid petis à me habere, obtinuisti.

DOMINIC. III. QVADRAGES. Oculi.

*De damonio muto. Luc. 11.*

**D**Emone ex muto & caco eiecto, quidam dicunt, (in Beelzebub principe demoniorum eiecit damonia) alij aliud signū quarebāt. Cōsidera licet tria beneficia hic collata sint, tamē ex inuidiā hos pessimā in partē interpretari, illos extenuare, turbam solam mirari, vt discas inuidi & maligni ingenij esse opti,